

12mo. Extra hos Confessarios ad petitionem omnium denominandos, si Monialis cuidam alteri Sacerdoti conscientiam suam committere voluerit, ad Nos literis recurrere poterit, modo ducem petat, qui dotibus mox memoratis praeditus est.

13tio. Monalium Confessariis pariter demandamus: ut facultates a Summo Christi in terris Vicario una cum nostra declaratione Monialibus annuntient, et dilucide explicent; de quorum discretione etiam confidimus, nihil huic favori in contrarium acturos, sed potius, quo memorato favore concredite Moniales facilius frui valeant, modum se reperturos.

14to. Ne Christi fidelium Confessiones, ad omnes loquimur Confessarios, eo, qui expectatur, fructu careant, Poenitentiae Ministri sanam Ecclesiae doctrinam omni quidem, maxime vero hoc Jubilaei tempore p[re]ae oculis habeant, sibiique quatuor Monita in Const. Sae. mem. Bened. XIV. Apostolica Constitutio occasione Jubilaei Confessariis data et aeterna memoria digna profunde imprimant.

Primum est: ut meminerint Confessarii suscepiti muneris partem non implere, imo vero gravioris criminis reos esse omnes, qui cum in sacro Tribunali Poenitentiae resident, nulla facti solicitudine poenitentes audiunt,

Religions; iustand, s. B.

M

non